



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Capvt VIII. Quomodo intelligatur, impium per fidem, & gratis iustificari.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

20. num. 84. cum seqq. Fr. Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 2. cap. 2. dub. 3. concl. 1. reg. 1.

β *Quoniam enim nemo possit esse iustus, &c.* ] Vide Vasquez in 3. p. D. Thomæ tom. 2. disp. 231. num. 37.γ *Vnde in ipsa, &c.* ] Vide Pat. Azori. instit. moral. lib. 9. cap. 3. quæst. 3.

## CAPVT VIII.

*Quomodo intelligatur, impium per fidem, & gratis iustificari.*a *Rom. 3.*

**C**VM verò Apostolus a dicit, iustificari hominem per fidem, & gratis; ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiæ Catholicæ consensus tenuit, & expressit; ut scilicet per fidem idè iustificari dicamur, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis: b sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire: gratis autem iustificari idè dicamur; quia nihil eorum quæ iustificationem præcedunt, siue fides, siue opera, ipsam iustificationis gratiam promeretur; si c enim gratia est, iam non ex operibus; alioquin, ut idem Apostolus inquit, gratia iam non est gratia.

b *Hebr. 11. infr. Can. 9.*c *Rom. 11. Ephes. 2. Tit. 1.*

## CAPVT IX.

*Contra inanem hæreticorum fiduciam.*

Tit. 3.

**Q**VAMVIS autem necessarium sit credere, neque remitti, neque remissa umquam fuisse peccata, nisi gratis diuina misericordia propter Christum: nemini tamen fiduciam d & certitudinem remissionis peccatorum suorum iactanti, & in ea sola quiescenti, peccata dimitti vel dimissa esse, dicendum est; cum apud hæreticos & schismaticos possit esse, imò nostra tempestate sit, & magna contra Ecclesiam Catholicam contentione prædicetur vana hæc & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud asserendum est, oportere eos, qui verè iustificati

d *infr. Can. 12. & 13.*